

6

DISPUTATIO QUINTA,
ACTA
S. APOSTOLORVM
EX SCRIPTORIBUS ANTIQUIS.
SACRO-PROFANIS, MAXIME EX PA-
TRIBUS ECCLESIASTICIS ET AUCTORIBUS
CLASSICIS GRÆCO-ROMANIS
ILLUSTRATA,

JOAN. CASP. SANTOROCCUS,

Profess. Ordin. Antiquit. Græco-Romanarum,
& Pædagogearcha,

P R A E S E S,
E T

JOAN. CHRISTOPHOR. Armbroster/

Haffo-Cassellanus, Stud. Phil.

R E S P O N D E N S.

Publicæ Dnn. Commilit. disqñitioni b. l.f.

ad diem XXII. Julii MDCCXIII.

subjiciunt.

MARBURGI CATTORUM,

Typis JOANNIS KURSNERI, Acad. Typographi.

VIRIS Excellentissimo, plurimum Reverendis,
Clarissimis Doctissimis

DN. PHILIPP. OTHONI
VIETORI,

Consistorii Principalis Hassiaci CONSILIARIO
Gravissimo, Ecclesiarum Superintendenti Vigilantissimo, Meritissimo, ut & cœtus Aulicæ Cassellani Pastori Primario, Fidelissimo, Meccenati & Promotori suo æternum Devenerando.

DN. GEORGIO Bender/

Ejusdem Serenissimi Cattorum Principis CONSILIARIO Ecclesiastico Gravissimo, Aulicæ Ecclesiae, quæ Castellis est, Pastori Facundissimo, Dignissimo, Patrono ac Fautori suo omni observantiae cultu ætatem Colendo.

Nec non

VIRIS Nobilissimis, Consultissimis ac Prudensissimis

DOMINIS

CONSULIBUS, CONSULARIBUS,
Reipublicæ Castellanæ Meritissimis, reliquisque
Senatorii Ordinis Membris Spectatissimis.
PATRONIS, PROMOTORIBUS & BENEFATORIBUS per-
petuâ animi reverentia suspiciendis.

Disputationem hanc in publicum animi sui gratissimi
signum & ulterioreum sui suorumq; studiorum
commendationem

D. D. D.

JOAN. CHRISTOPH. Armbroſter/
Respondens.

I. N. D. A.

DISPUTATIO, QUINTA,

Quâ

ACTA SANCT. APOSTOLORUM
illustrata.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ. A. I.

VERS. III.

Οἵς υψη παρέστησεν ἡ αὐτοῖς ζωὴν
μελά τὸ παθεῖν αὐτοῖς, εἰ πολλοῖς
τεκμητοῖσι, δὲ ἡ μετρία τεσσαρεῖκον
τα ὄπτα ταύτην αὐτοῖς, καὶ λέγον
τὰ θεῖα τῆς βασιλείας τὸ Θεοῦ.

Versio vulgata Latina.

Quibus & præbuit se ipsius
vivum post passionem suam in
multis argumentis, per dies
quadraginta apparetis eis & le-
quens de regno Dei.

PRÆMONITA.

ſ. I.

Hactenus quidem in III. & IV. Disputatione illustravimus Cap. I. Actor. vers. 1. & 2., qui partem, ut tunc indicavimus, constituerunt Praefationis illius, quam Lucas historiæ Actorum Apostolicorum præmisit: hac autem quinta residuæ illius præfationis partes, quæ in Cap. I. à versu 3 ad finem usque versus undecimi ejusdem capituli commenmorantur, B. c. D. pertractandæ.

ſ. II. Cum verò angustiora chartæ spacia, quibus sumus inclusi, videantur vetare, quo minus omnia huc spectantia inseramus, pro objecto hujus disputationis quintæ eligemus solammodo partem versus tertii, in quo scil. versu duo præprimis membra notanda.

A 2

Imum

ACTA APOSTOLORUM

Kap. d. 10. v. 3.

Imprim' continet diligentem assertione resurrectionis Jesu Christi à mortuis; his verbis: Οὐκ οὐδὲ παρέστη ἐν τοῖς
ζωτικαῖς τοῖς παθεῖσιν αὐτὸν, εἰς πολλοὺς τεκμηρίους, διὰ τοῦτον τούτον κατατίθεται αὐτόν.

IIdem Institutionem si doctrinam de regno Dei; his verbis:
Ἄλλοι λέγοντες ταῦτα τοῖς βασιλέας τοῦ Θεοῦ.

De solo primo i. e. de diligenti assertione resurrectionis Jesu Christi à mortuis in hac quidem quinta disputatione tractabimus, quantum autem ad secundum hujus verbi tertii membrum spectat, id est proxime subsequentis Disputat. objectum.

MEMBRUM I. VERS. III.

de

Diligenti assertione resurrectionis Jesu Christi
à mortuis.

§. I.

Notandum statim ab initio occurrat, Dativus plur. articul. postpositiv. scilicet, qui relationem habet ad Apostolos, de quibus dictum v. 2. præced. Sequitur hunc articulum conjunctio *vñ*, quæ hic, ut & interdum alibi locorum (a) in S. literis commodè redendaper etiam, id quod non ab omnibus tironibus semper & ubique observatur. Eo sensu etiam usus fuit hæc conjunctione (b) Demosthenes: *καὶ τὴν ἔργον τοῦ νῦν παραπομπῆς* i.e. ETIAM nunc vestram mihi benevolentiam concedite. Imitantur quoque simile Latini, quoties conjunctionem suam ET pro ETIAM usurpat. ex. gr. (c) Cicero: *Epicurus gloriatur, se Magistrum habuisse nullum.* Quod ET [i.e. ETIAM] non predicatori tamen facile equidem credam. Plura de significatione conjunctionis ET pro ETIAM collegit (d) H. Tursellinus.

§. II.

(a) *Evang. Ioan. 5: 17. & 15: 20.* (b) *Demosth. pro Corona.*
(c) *M. T. Cicer. Lib. I. de Nat. Deor. 26.* (d) *H. Tursellinus de particul. Lat. Orat. Cap. 62, num. 38. p. m. 351.*

§. II. Hisce itaque Apostolis Christus se etiam παρέστησεν id quod est 3. perf. a. l. act. indic. verbi παρίσημος ex παρά & ήνημι. Hoc verbum diversimodè & in (e) Actis, & (f) alibi exponitur, quia (g) H. Stephano numerante in triginta novem N. T. est. locis reperitur. Hic in textu nostro verbum hoc παρέστησεν ab interprete vetere prabuit, & à Beza exhibuit, vertitur. Nobis autem licet vertere παρέστησεν scil. επενδύει, propè seu juxta se stitit. Sicut enim, inquit (h) H. Stephanus, παρίσημος est isto, adsto propè, ita παρέστησεν, sive propè se juxta. Illustratur & appetat hæc significatio ex (i) Act. 23: 24., ubi verbum παρίσημος in aor. l. infin. de jumentis propè adstantibus, qui Paulum impositum ad Felicem Praesidem salvum perducere deberent, usurpatur. Simili sensu verbum hoc in aor. l. Imperat. legitimus apud (k) Lucianum: σὺ δὲ, φίτιτος, δεσμόντα τὴν τῶν παρέστησεν ἐπιπάσσουμα γέρεν αὐτὸν τάργατα. i. e. Tu autem, ὦ Triton, delphinum quandam ex velocibus propè siste, equitabo enim in eo cūstime. Et quidni vertamus παρέστησεν scil. επενδύει sive propè videlicet Apostolis? Nonne enim propè ad Apostolis accessit? Utique: nam quia oculi ab objecto nimis remoti interdum errant, & prætereadiboli præstigia, quibus incauti per falsas apparitiones falli possunt, notissima, maluit Jesus se Apostolis suis sistere propè, non videndum modo, sed & contrectandum. Hinc illi timentibus forsan, ne consternati & expavesci fallerentur, apud (l) Lucam Christus

acclam-

- (e) Act. Cap. 4: 26. congregare si. convenire. Cap. 23: 33. staruerre, exhibere, sistere iudici. Cap. 24: 13. certè probare. (f) Luc. 1: 19. Ministrare, apparere. Cap. 2: 22. Offerre per consecrationem. Rom. 16: 2. assistere. 2. Timoth. 2: 15. Manifestare. Alias plures, si cupis significaciones, consule Lexicographos in voc. παρίσημος (g) In concordant, Grac. Lat. (h) H. Steph. Thes. Grac. Ling. Tom. I. pag. 1777. (i) Verba textus Actor. 23: 24. sunt: Κινύτε παρέστησαμα, ίνα ὅπλαστες τὸν Πάνυρος φίλακα τὸν ἡγεμόνα. i. e. Urque jumenta propè sistant, impositum Paulum ut salvum ad Felicem Praesidem perducant. (k) Lucian. ap. Steph. Thes. Gr. Ling. Tom. I. pag. 1777. (l) Evang. Luc. 24: 37. 38. 39. 40.

6 ACTA APOSTOLORUM

Cap. a. I. v. 3.

acclamavit: *Quid turbasti estis, & quare disceptationes subeunt corda vestra? videte manus meas & pedes meos; nam ego ipse sum; conirectate me & videte; nam Spiritus carnum & ossa non habet, sicut me conspicitis habere. Et cum hoc dixisset, ostendit eis manus & pedes. Adhuc autem ipsi [pergit (m) ibidem Lucas] non credentibus praegaudio, & mirantibus, dixit eis: habebitis hic esculentum aliquid? Tum ipsi dederunt ei partem piscis assi, & aliquid ex favo apiariorum, que ille accepit, & edit in eorum conspetu. Revera igitur Christus Apostolis suis evanđeliis *cora tagēsōr*, i.e. esse ipsum, non alium, vivum, non mortuum propè stitit.*

S. III. Ad hanc *tagēsōr* Christi Apostolis exhibitam referri possunt cogitata (n) Chryostomi dicentis: *Th̄. de ēvangel. xxi. tagēsōr tūs k̄tagēsōr ēp̄av. ēti q̄ātagēsōr ā dōber ēvārī tūs tagēsōr, m̄dōber tō ūt̄fītor & p̄vēn̄t̄ &c. i.e. Ceterum qua de causa non apparuit omnibus, sed discipulis tantum? Quoniam multis illorum visum fuisse spectrum, videlicet iis, qui non noverant arcana mysterii &c. Paulò aliter de dicta *tagēsōr* sensit (o) Augustinus: *Non apparuit scil. Christus inimicis suis, sed discipulis suis. Crucifixus apparuit omnibus, resurgens fidelibus, ut etiam postea, qui vellet, crederet, & credenti resurrectio promitteretur.**

S. IV. Pergamus cum Luca, ut videamus, quando Christus se ipsum vivum exhibuerit: *Oī, w̄ tagēsōr, inquit, ēvārī ūt̄a m̄lā tō tagēsōr ēvārī. Ergo Christus m̄lā tō tagēsōr ēvārī, i.e. postquam paschā fuit, fese vivum Apostolis suis stitit. Missis ceteris verbū tagēsōr paucis attingemus. Est autem aor. 2. inf. à tagēsōr, quod vel ab iniustitate ūt̄a, vel ab Hebr. 10. 39 fregit, sicut German, leyden à lodo descendit, nec significat tantum simpliciter affligi, sed afflictiones patienter ferre, quemadmodum (p) Zanchius annotat.*

S. V. Notatu dignum est, quod *tagēsōr* interduta usurpetur

(m) *Evang. Luc. 24: 41. 42. 43.* (n) *D. J. Chrysost. in Act. Ap. Cap. I. Homil. I. p. 8. B. Edit. Francof. 1697. Tom. III. in Nov. Test. (o) *D. A. Augustin, Tom. 8. p. 147. K. Enarrat. in Ps. 65. (p) Zanchius ad Matth. Cap. 17. vers. 15.**

uit de commodis & beneficiis, quae accipiuntur & percipiuntur. Sicut enim κακὸν πάσχειν est incommode affici, ita εὐτέλον πάσχειν si-
ve ī πάσχειν est commodò si. beneficiò affici. Confule, sis, de hac
verbi πάσχειν significacione (q) Stephanum. Exemplum habemus
apud (r) Aristotelem: ἐλάσσων, inquit, ē παθῶν ἵν, οὐ ποιησάσθε,
scil. ἵν i.e. inferior est, qui beneficium accipit, eo, qui fecit. Ad-
datur (s) Lysias dicens: Τί ταῦτα ιππότες ἀγαθὸν πεισθεῖσι, i. e.
Que spes ullius emolumenti ex eo capendi?

¶ VI. Congruè hanc significacionem verbi πάσχειν cum ad-
junct. ἵν & ἀπεσθήν notamus. Quemadmodum enim idem verb.
πάσχειν de afflictionibus, malis & poenis adhibetur, eō quidem
modō, ut simil ad bona & beneficia accepta referri possit, ita et-
iam exinde docemur quasi tacitè, passionem Christi plenam affli-
ctionibus, malis & poenis habendam esse pro maximis bonis &
beneficiis. Nonne enim ex Salvatoris vulneribus atrocissimis fa-
luschumana propulular? Quid verò teste (r) Clem. Alexandrino
Plato aliquid de salutari Christi passione propheticè prædicterit,
huc utpote nimis longè quæsumus, non adducimus.

¶ VII. Nunc ordo requirere videtur, ut de πολλοῖς τεκμη-
ρiosis agamus, in quibus Christus sese vivum Apostolis suis fitit.
Atque hæc τεκμῆρια viventis Christi sunt maximi momenti: La-
bascit

(q) H. Steph. Thes. Gr. Ling. Tom. III. pag. 61. H. (r) Aristot. in Ethic. (s) Lysias apud H. Steph. Thes. Gr. Ling. Tom. III. pag. 62. A. (r) Clem. Alexandr. Lib. 5. Stromat. pag. 601. A. Colon. an. 682. Ο Πλάτων μονονυχὶ σερωτέουν τὴν σωτήριον ὀ-
κονομίαν, εἰ τῷ διντέρῳ τῷ πολιτεῖαν ἀδέ φοιτιν. Όυτον δὲ δια-
κείμενον δίκαιον, μαστιγώθησται, τρεβλώσται, δεδησται,
ζακοτοπτεται τῷ ἔφεδρῳ μέρῃ τελευτῶν, πάντα πακά παθῶν, ἀν-
ασκεδαλεύσθεται, i. e. Plato proponendum propheticè prædicens
salutarem dispensationem, sic dicit in secundo de republica.
Qui autem sic est affectus justus, flagriscādetur, torquebitur,
vincietur, ei oculi effodiēntur, & postremo omnia mala per-
pessus, suspendetur.

ACTA APOSTOLORUM

Kep. a' I. v. 3.

bascit enim (ut cum ^(*) J. Calvinio loquar) Evangelii maiestatis nisi coramus, Christum viventem e calis loqui: quod maxime Lucas respxit. Ergo ne dubia eset huius rei veritas, dicit, comprobata fuisse multis signis. Hoc verba επιταχόν τεκμηρίον nonnulli commate sublatō cum subsequenti participio ἐπιταχόν τεκμηρίον conncētere solent. Verūm (ⁿ) Beza plerosque codices lectus superioribus verbis adjungenda censem. Verus interpres, D. Erasmus & J. Camerarius vocab. τεκμηρίον α τεκμήριον, quod semel in N. T. est, occurrit, verterunt argumentis, Beza autem signis certissimis, cum cuius versione contentiunt: (1) Gallica versi preverses assurētes (2) Angl. infallible proofs: (3) Batav. gewisse keuzecken. Requies autē procedit Beza, Galli, Angli & Batavi versio, quippe vocab. τεκμηρίον α τέκμαρ (quod α τέκμω, efficio) sit & significet signum indubitatum & necessarium de sumtum a propriociusq; rei indicio.

¶ VIII. Quod vero vocab. τεκμήριον talem habeat emphasis, liquet [1.] ex (v) Aristotele, qui memorie scriptum reliquit: Τύπον δὲ [scil. τὸν σημεῖον] τὸ μὲν ἀγαγάντον, ΤΕΚΜΗΡΙΟΝ δὲ μὴ ἀγαγάντον, ἀγόνυμόν ἐστι κατὰ τὸν διαφοράν. Ubi nota τεκμήριον definiri σημεῖον ἀγαγάντον, i.e. signum necessarium, pro quo ibidem dixit σημεῖον ἀλλον, i.e. signum irrefutabile. [II.] ex (vv) M. F. Quintiliano: *Alia* [scil. signa] ut dixi, *qua necessaria sunt, qua Graci vocant τεκμήρια: alia non necessaria, qua σημεῖα.* Prior illa [scil. τεκμήρια] sunt, *qua alierte habere non possunt* &c. Addes quod idem (x) Auctor inter signa, argumenta & exempla differentiam quandam constituat. [III.] ex (y) Suida: ΤΕΚΜΗΡΙΟΝ, inquit, ἀλλον σημεῖον, οὐδὲ ἀλλον, καὶ τεκμηρίδος ποστεῖς λέγεται, οὐδὲ Ε καπνός ή πῦρ ἐνεργεια κατανοσαρ, καὶ αὐτὸν ποστεῖς λέγεται, οὐδὲ τὸ αλλον, ΤΕΚΜΗΡΙΟΝ τοτο λέγεται, i.e. τεκμηρίον signum verum, vel irrefutabile. Et demonstratio per τεκμήριον dicitur, cum ex

(*) J. Calvin, in Act. Apost. ad hunc vers. 3. pag. m. 3. (ⁿ) Theod. Beza annotat. in N. T. Test. Act. 1. v. 3. (v) Aristotele. Lat. Rhetor. (vv) M. F. Quintilian. Inst. Orator. Lib. 5. Cap. 90. (x) Idem Quintil. Cap. 9, 10, 11. Lib. 5. Inst. Orator. (y) Suida Lexic. Grac. Tom. III. pag. m. 441. in vocababili τεκμηρίον.

ex fumo ignis adesse colligitur. Et si quidem causa necessarij se-
quatur causatum, tunc signum id dicitur *terp̄p̄ior*. Cum his aucto-
ribus consentit [z] Pafor scribens: *Terp̄p̄ior*, est certum &
indubitatum signum, seu necessarium, non probabile aut contin-
gens, quod nunquam fallit. Atque ita ex dictis patet, vocab-
ulū *terp̄p̄ior*, rectissimè verti, multis signis certissimis, verissi-
mis & indubitatib. Q. E. D.

§. IX. Quòd si quis ex nobis quærat, quænam fuerint,
signa illa certissima, vera & indubitata, dicitur *terp̄p̄ior*.
Rōm. Cor. 12. ad radēm dñs, responsio erit facilis & prompta.
Nitimus imprimis auctoritate [a] Lucæ, qui *terp̄p̄ia*,
quibus Christus se a Apostolis suis vivum exhibuerit, & se revera ex
mortuis resurrexisse demonstratum dederit, retulit. Reversa enim
fuerunt ea, quæ ib. Lucas commemorat, signa resurrectionis certis-
simi, quibus nempe Christo sese vivum fecit Apostolis suis e.g. [1]
Christus è sepulcro prodit. [2] ambulavit: [3] locutus fuit:
[4] comedit: [5] cicatrices suas non modò ostendit, sed mani-
bus & digitis correctandas prabuit: [6] apicentibus ipsis Apo-
stolis, cum loqui desisset, in cœlum ascendit. Certè hæc omnia,
quæ etiam in sensu externo, visum, auditum & tactum incurre-
bant, erant verissima vita agilis *terp̄p̄ia*, quæque procul dubio ea
de causa adhibita, quòd homines sèpius plus fidei sensibus externis
quam internis tribuere soleant. Annotamus & referimus
huc (b) Augustini de sensibus hominum externis cogitata, quæ
inter alia addidit ad explicanda hæc Evangel. (c) Lucæ verba: *Qua-
ga boum emi quinque, & profici cor ad probandum ea: rogo te, ha-
be me excusatum.* Sunt, inquit d.l. Augustinus, homines remo-

B

ti

(z) Georg. Pafor. *Lexic. Grac. in Nov. Testament. in voc. terp̄p̄-*
iae, p. 640.

(a) *Evangel. Luc. Cap. 24: 36, 37, 38, 39, 40, 41, 42, 43, 44, &c.*
Item *Act. 1: 3, 4, & 9, &c.*

(b) *D. A. Augustin. Tom. X pag. 28. Edit. Paris. 1541. Sermon.*
33. de verb. Domini in Evangel. secundum Lucam Cap. 14.
v. 16 - 24. de cena magna.

(c) *Luc. Cap. 14: 19.*

ti à fide, terrenis dediti, carnalibus occupati, nolunt credere aliquid, nisi ad quod sui corporis sensu quinque partiò perveniunt. Et paulò post pergit: Tali impedimenta tenebatur *Apostolus noster Thomas*, qui de *Domino Christo*, id est, de *Christi resurrectione* nec solis oculis credere voluit. *Nisi misero, inquit, (scil (d) Thomas)* digitos meos in clavorum & vulnerum loca, & nisi manum meam in latus ejus misero, non credam. Et *Dominus*, qui posset sine alio signo vulneris resurgere, servavit cicatrices, que à dubitante tangerentur, ut cordis vulnera sanarentur. Porro ex [**] J. Calvin obseruandum, signa illa indubitate vel demonstrationes multas non fuisse enumeratas à *Luca*; nisi quod dicitur, ferè per sesquimensem fuisse ab illis [scil. *Apostolis*] sapientis visum. Unus forte *apostolus* sufficiens aliquid habuisset: sed quam toties videntur se obtulerit, dubitatione nullus relinquitur locus. Hoc etiam modo probrum ruditatis, quam fuisse in *Apostolis* narratur, deletur, ne fides derogetur *Apostolorum* predicationi.

¶. X. Hæc de illis πολὺς τεμπλοῖς, quibus Christus se vivum stitit *Apostolis*, non possumus autem intactam prætermittere præpositionem εἰς, (ab εἰς sum) quæ vocablo. πολὺς τεμπλοῖς præposita. Dantur in (e) *Hebraismificum castris*, qui in præfixa hæc præpositione *Hebraismum* querunt anxxii. Per nos quidem licet; loquantur sanci ita *Hebrei*, ut particul. εἰς [I] vel sæpius redundet, εἰς [II.] vel etiam sæpiissimè reddenda sit per præpositionem εἰς seu per: minimè tamen exinde statim sequitur, ut hic loci in præpositione εἰς, quæ idem valer, quod *Hebr.* εἰς, statim lateat *Hebraismus*. Annon docente (f) *Seb. Pfocheni* probatissimi

Græ-

[**] J. Calvin. Commentar. in *Act. Apost.* Cap. 1. p. m. 3.(d) *Ioan. Cap. 20: 25.*(e) *Hebraismificibus exempli loco annumeramus Erasmum Re- terodamum*, qui ad h. l. N. T. inquit: In multis *Hebreo* more &c. propter multa argumenta. *Bibl. Crit. Tom. 7. Cap. 1. Actor. vers. 3.*(f) *Sebast. Pfochen. Diatrib. de L. Græc. Novi Test. puritate.*

Gracorum auctores præpositionem & utroque sensu & (g) per plenonasmum adjecterunt, & (b) pro ἀριστερά seu per usurparunt? Tistantur hoc phraseologiae Grac. ab auctore illo notatae. Nam primò præpos. & redundat per plenonasmum apud (i) Hesiodum, (k) Euripidem, (l) Xenophontem, & alios. Secundò eadem præpos. & est in significatione *per*, quemadmodum inter cœteros auctores Gracos ex (m) Xenophonte manifestū videtur. Erg. apud Hebræos, Gracosq; οὐ τοῖς ἐν τῷ στόλῳ παρέλαβον, sed & in significatione præpos. ἀριστερά s. per ponuntur. Temere igitur, quando hoc in loco, & τοντὸς τεκμηρίου pro ἀριστερά τεκμηρίον legitur, Hebraismus queritur.

(f). Pergit textus dicens, quod Christus post passionem suam non tantum vivum stiterit multis certissimis signis, sed sese etiam conspicendum præbuerit per dies quadraginta, his verbis: διὰ μέρους ταυτοποίησθαι, θαλασσής αὐτοῖς. Tria in his nobis ad examen revocanda.

B 2

I. Pro-

(g) *Prepositio* & [inquit Pfochenius f. XLVIII.] non solum in Nov. Testam. textu Graco, verum etiam apud Gracos profanos sepe παρέλαβε, redundat.

(h) *Idem* Pfochenius legitur f. LXIII. Usitatissimum est [script] apud Hebræos, ut præposit. & ponatur in significatione PER. Et paulo post pergit: hanc significationem quoque præpositio Gracorum & , qua Hebræorum & respondet, in Nov. Test. obtinet &c. Deniq; eandem significationem præpositonis & quarit & invenit in Xenophonte.

(i) *Hesiod.* Ἐργ. ηγούμενος, vers. 635. & 636. Οστοπορεύεται δὲ οὐδέποτε, πολὺς ἀριστερά πόλεσσα, Κύμη Αἰολίδη περιπλανών, & εἰ μὲν λάγη, i.e. Qui olim & hoc venit, immensum pontum emensus, Cumā Αἴολιδε relicta, nave nigra.

(k) *Eurip.* in *Supplicib.* vers. 539. τερψιλαθίων κλενός & κλειτοῦ δοι. Imperator ero inclita hafta.

(l) *Xenop.* de polit. Atheniens. circa initium: οὐδὲ πλέον & ταῦς ναυσι, navigans navibus.

(m) *Xenop.* cod. libr. de polit. Athene. αὐτεὶς ταῦς ιδεί βίον quasi per universam vitam. Idem ibidem: οὐδὲ αὖτις ποιεῖ, αὐτεὶς ταῦς δημοφ, i.e. Non per alios aliquos, nisi per populum.

ACTA APOSTOLORUM

Cap. I. v. 3.

- I. Pronomen *αὐτοῖς*.
 II. Participium *ὁ τίλασθεν* @.
 III. Spacium temporis δι' ἡμερῶν τεσσαράκοντα.

§. XII. *Αὐτοῖς* Dativ. plur. pronom. demonstrativi *αὐτὸς* ab §7@. Subintelligitur Dativus *τῆς Αποστολῆς*, quem vide, sis, præced. vers. 2. hujus capituli Disputat. nostrâ tertiatâ. Membr. I. pag. 5-16. Apostoli tamenque sunt, *ὅς αὐτοῖς* i.e. *quibus* ipsis Christus se multis indubitate signis vivum fitit. Ponitur autem hic partic. passiv. *ὁ τίλασθεν* @ cum Dativ. *αὐτοῖς* loco genitivi *αὐτῶν*, quæ tamen constructione nemini, nisi Græcarum literarum experti, insolita videbitur. Genitivus enim, quem verba & participia formataque (n) significatione passiva intercedentibꝝ ferè præpositionibus, *ἐν*, *πατέται*, *πεπόνι*, *ὑπὸ* &c. exigunt, interdum neglectis præpositionibus mutatur in Dativum. Præter exemplum in textu occurrens simile in (o) Demosthene invenimus. Consuluntur de hac constructi. Græc. verb. passivorum cum Dative paginæ Grammaticæ. Veluti in transitu observare cum aliis liceat, Latinos hanc constructionem Græcorum imitatores suisse, ex. gr. Ovidius in (p) Metamorph. cecinit :

Figitur huic [profigitur ab hoc] duplice Gryneus sua littera rama,
& idem in (q) Trist.

Barbarus hic ego sum, quia non intelligor ulli, [pro intelligor ab ullo.]

§. XIII.

(n) *Significatione passiva:* Quod verba solâ significatione passiva genitivum, tanquam proprium passivorum casum cum præpos. *ὑπὸ*, *πατέται* &c. exigant, patet ex Matth. Cap. 17. v. 12. Μέλλει πατέχειν ὑπὸ αἰτῶν, Paritet ab illis. Xenoph. Εξεῖ @ πεπόνισεν υφὶ μηνὶ. Ille a vobis imperfectus est. Confer. M. G. Stockii interpret. Græc. Cap. 4. de Verb. c. Genit. §. 105.

(o) *Demost.* Τὰς ἐπέρεις πεπομπέαν, pro ταῖς ἵψεσιν πεπομπέαν, i.e. Rerum ab aliis gestarum.

(p) *Ovid. XII. Metamorph.* vers. 268.

§. XIII. Nunc secundō locō in [vid. §. XI. proximē p̄ae-
ced.] vocab. ὅτανόντες, quod est particip. p̄af. pasiv. verbi
ἰστάω, inquirendum, [Licet verò ἵταντες numerante (r)
Stephano semel duntaxat in Nov. Testam. Græc. occurrat, non
tamen uno codemque modo ab interpretibus redditur. Vulga-
tus pro ὅτανόντες reponit *apparens* & Italius *apparendo*. Cor-
rigenda est hac versio, qui (s) Erasmo Judice vulgatus non com-
mōdō, sed nimirū dilutō usus est verbō, dum ὅτανόντες θ̄ vertit
per *apparens*: siquidem pergit (r) Erasmus, *apparet* id quoque,
quod non est. Ideo (u) Martinus recte obseruavit scribendo:
Pareo, [à quo appareo] *videor* sive *vere*, sive *in speciem*; ut *Ger-
manor. Scheinen*. Rectius verò & melius procedunt versiones
Erasmi, Calvini, Arie Montani, Bezae & Piscatoris, quibus
ἰστάντες valet, *dum conspicitur seu confectus*. Simili ratione
exponunt (v) Gallus, (w) Anglus (x) Batavus & alii interpres.
Habemus hic quoque (y) Hesychium consentientem, qui ὅτανό-
ντες exponit, ὅπαντες, ἡγαντές. Non enim instar spe-
ctri *apparuit*, sed apertis oculis *confectus* fuit Christus ab Apo-
stolis, ita ut se, post resurrectionem suam *videt*. §. IX. hujus
Disput. V.] ad palpandum & conrectandum, præbuerit. Apolo-
liigatur fuere, [utcum (*) Luca loquuntur] οὐτισταί, qui ipsi vide-
runt *suis*, non alienis *oculis*. Pluris autem valet *oculatus* testis
unus, quam decem auriti. Hinc (**) Philo: Ὅρον λαμπεῖ μὲν εἴδος
ἐνοχήσαντο τοῖς γηραιότεροι ἐραπίσυντο πέπτοι πάντα τοὺς πεζούματον,

(q) Ovid. Lib. V, Tristium Eleg. X. versi. 37.

(r) Steph. in Concord. Graco-Latin.

(s) Erasm. Roterod. annotat. in Nov. Test. ad hunc versi. 3.

[] Erasm. ibidem.

[u] Martin. Lexic. Philolog. Tom. I. in parco, pag. 175.

[v] Gallus: étant ven. [w] Anglus: being seen.

[x] Batavus: synde gesien. [y] apud H. Stephan. Thes. Gree. Ling. Tom. II. pag. 1382. G. in δατίω, video, cerno, à themat. primitivo. δατίω.

[*] Lue. Evang. Cap. I. versi. 2. [**] Philo Libr. Σελικασ. i.e. de Judge.

γέλα δι' ὅλης κατακυβεύοντες &c. i.e. Oculi in ipsa, quae geruntur intrant, tanguntq; ea quadammodo & tota in toto comprehenduntur. &c. Ceterum quod spectat ad (z) Heinisci versionem, quā ἐπιλόγῳ exponitur obiter visus, in cunctem crimin nostram exercere jam non licet. Similiter id quod [a] Origenes particularius, de apparitionibus Christi in terra ante & post resurrectionem memoria prodidit, in alium locum & tempus magis opportunitat differre cogimur.

§. XIV. Restat tertio loco vid, §. XI. Disp. hujus quinque, spacium temporis, quo durante Christus se conficiendum Apostolis post suā resurrectionem exhiberit; nempe διήμερον τεσσαράκοντα, i.e. per quadraginta dies, s. spacio quadraginta dierum: nam præpos. σχ. à [b] διώ, dividit, notat [c] hie spaciū seu intervallū. Porro hoc temporis spaciū numeratur per DIES. Alii quidem populi ex. gr. Germani & Galli antiquiores tempora per (d) noctes computarunt; verum hīc tempus appa-

(z) Hec sunt verba ipsius D. Heinisci: Paulò post cum dicitur, διήμερον τεσσαράκοντα διάταρον διάλογον, hoc ipsum, quod voluit, OBITER nomen ac subinde illo tempore consperatum sui induluisse suis, voce Hellenistarum expressit. Hanc versionem ut stabiliret Heinisci, reculit ibidem I. verba angelicæ ex historia Tobite, καὶ τὰς τὰς ἡμέρας ἀπέμενε ὁ θεός, quod (scil. verb. ἀπέμενε) propriè OBITER VIDEBAR. II. Adducit locum ex I. Reg. 8:8, ubi capita vescitum ē sanctuario leviter eminentia dicantur ὀπίστασαι. Vid. hoc apud D. Heinisci Exercit. sacr. Nov. Test. Libr. V. Cap. 1. pag. 243. in Actori Apost. Cap. i. vers. 3.

(a) Origen. contra Celsum. pag. m. 101.102.103.104.

(b) a διώ, dividit, derivatur σχ., quia transitus quasi fit dividendo. Martin. Cadmus in σχ.

(c) σχ. notat spaciū seu intervallū notante Vigerō de precip. Grac. Ling. idiotism. Cap. 9. Sect. 2. de præpos. σ. 6. pag. m. 415. & 416.

(d) C. Tacit. de sūn, morib. & popul. German. C. Jul. Ces. Lib. VI. de B. Gallic.

ritionis J. Christi non noctium, sed (e) dierum ratione computatur.

§. XV. Observetur hic ex (f) Theophylacto, Lucam non dixisse ēt iūs̄cōus diebus; Quod tunc Jesus cum Apostolis non sit continuo veratus, sicut antea, sed dī iūs̄cōn, per dies: nam iūs̄cāto & dōlcāto rām, i.e. accedebas & discedebat rursum. Frequenter igitur totis illis diebus cum discipulis Jesus versatus fuit, & conspiciendum se eis præbuit. Hac Camerarius ex Theophylacto. Idem fere de hac phrasologia dī iūs̄cōn sensit quondam (g) Chrysostomus, quem satis prolixè cā de re differentem evolvendum suadens.

§. XVI. Atq; hi quadraginta dies observante (h) Augustinō sunt modicum illud, (scil. tempus) de quo Christus locutus fuit apud (i) Joannem dicens: *Filioli adhuc modicum sum vobiscum.* Inferamus ipsa Augustini verba: *Adhuc modicum, inquit scil. Christus, vobiscum sum: tanquam diceret, continuo quidem resurrectione clarificabor, non tamen continuo ascensurus in cælum, sed adhuc modicum vobiscum sum: sicut enim scriptum est in (k) Actibus Apostolorum, fecit cum eis [scil. Apostolis] post resurrectionem XL. dies intrans & exiens, &c. & paulo post addit Augustinus: hos ergo XL. dies significavit, (scil. Christus) dicendo; adhuc modicum vobiscum sum.*

§. XVII. At queritur, quare Salvator noster post resurrectionem suam dī iūs̄cōn resurgens, per quadraginta dies, nec plures nec pauciores sese conspiciendum præbuerit? *Quadrage-*
narius

(e) *Plura de DIE BUS dicta vid. in Disp. nōst. IV. Membr. III.*
pag. 7. seqq. §. 1-8.

(f) *Theophyl. apud Joach. Camerarium Commentar. in h. loc.*
Act. I. vers. 3.

(g) *D. Joan. Chrysost. Tom. III. in Nov. Test. Homil. I. in Acto.*
Apost. Cap. 1. pag. m. 7. 8. Ffurt. Edit. an. 1697.

(h) *D. A. Augst. Tom. IX. fol. 89. E. Tractat. LXIV. in Evang.*
Joan.

(i) *Evang. Joan. Cap. XIII. vers. 33.*

(k) *Acto. Cap. 1.*

narius numerus, sicut relatum legimus apud (l) D. Augustinum, quā si eratus nobis in quādam perfectione commendatur. Ideō tres diversi numeri dierum quadragenarii tempore commemorationis Christi in hoc mundo notantur. Quadraginta fuerunt dies à nativitate Christi, usq; ad præsentationem ejus in templo, Luc. 2: 22, collat. cum Levit. 12: 1-4. Quadraginta dies ieiunavit in deserto, Matt. 4: 1, 2. Quadraginta dies scilicet post resurrectionem suā conspicuum exhibuit, que ad modum ex textu clarū patet. Observatio, quā J. d' Espagne de trino illo quadragenario dierū numero memorie prodidit, noratu est dignissima. Vident^{ur} autē (m) auctor ipse, quia angustū charī spaciū impedit locū in ista allegatura inservere. Cur autem J. Christus per 40. dies, non per plures annos scilicet præsente post resurrectionem suā hominibus conspicuum exhibuerit, (n) C. à Lapiде prolixè expofuit. Quantum ad nos, existimamus verisimiliter Iesu Christi apparitionem per 40. dies factam esse, I. ad firmiorem resurrectionis demonstrationem. II. tum proper pulchram præsentationis in templo Hierosolymitanō die quadragesima à nato Christo factā, Luc. 2: 22. Levit. 12: 1-4 cum apparitione in templo coelesti, nec non ministerii sui per 40. dierum ieiunii inchoati a finiti, collationem. III. Tum ad typorum sub Ver. Teft. Exod. 16: 35, 36, & 24: 18 leu. 2 Sam. 5: 4. 1. Reg. 19: 8. implementum.

§. XVIII. Atq; hac de diligentia affectione resurrectionis J. Christi monuisse sufficiant. Ex eo a., quād Salvator resurrectionis sue veritatem tot terrene ois demonstrare voluerit, pī di scamus, quām sollicitos nos esse oporteat, ut de ejus certitudine certō sumus persuasi. Audiatur modò Paulus 1. Cor. 15: 17. Si Christus inquit non resurrexit, inanis est fides &c. & quæ in eam sententiam plura ibidem commenrorantur argumenta.

(l) D. A. Aug. Tom. IX Tract. 17. in Evang. Ioan de Cap. 5. fol. 33, Ed. Paris. 1541.
(m) I. d' Espagne Oeuvres Tom. I. Nouvelle Obſerv. ſur le ſymbole de la Foy. p. m.
88. Addimunt ib. Et p. seq. 89. plusieurs periodes memorables, qui ont commencé
Cofin par de Quarantaines ou de jours ou d' années. (n) Cornel. à Lapiđe Com-
mentar. in h. loc.

M. Θ. Δ.

Finis Disputationis Quinte.

P R A E S I D I S

Ad Dn. Respondentem gratulatio.

Sunt, qui præcelerant luxuriā ſequi, Te doctrina ſacris condita litteris,
Noctes quiq; dies delicias vacant. Et, quæ coueniunt, docta volumina
Fœdis, quiq; epulis dilapidant opes, Patrum, & priſca penus dogmatis
Et, qui largi luos evacuant ſeyphos. Ebnici,
Quosdā caſtra juvans, & lituō tuba Qua cōſcripta ſophis, mirificē juvāt,
Permitiſt ſonitus, bellaq; Martia, Cœlestis Pater & præſidium meum
Inſontem quoties indomiti necant. Vires ingenio ſufficiat tuo. (rō
Per multis aliis caſibus haud moror, Cedar, quicquid agas, omne proſpe-
Quaeſpernunt ſtudii, dulce decus tuū, Sublimi ut ferias ſidera vorries,

7e 2511


ULB Halle
002 379 813

3



7e 2511

VDCH VD18



B.I.G.



DISPUTATIO QUINTA,
ACTA
S. APOSTOLORVM
EX SCRIPTORIBUS ANTIQUIS,
SACRO-PROFANIS, MAXIME EX PA-
TRIBUS ECCLESIASTICIS ET AUCTORIBUS
CLASSICIS GRÆCO-ROMANIS
ILLUSTRATA,

JOAN. CASP. SANTOROCCUS,

Profess. Ordin. Antiquit. Græco-Romanarum,
& Pædagogarcha,

P R A E S E S,
ET

JOAN. CHRISTOPHOR. Armbroster /

Hafio-Cassellanus, Stud. Phil.
R E S P O N D E N S.

Publicæ Dnn. Commilit. disquisitioni h. l. f.

ad diem XXII. Julii MDCCXIII.

subjiciunt.

MARBURGI CATTORUM,
Typis JOANNIS KÜRSNERI, Acad. Typographi